



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

dus quod tu me miseris, & ego gloriã quã dedisti mihi, dedi eis:
 vt sint vnũ, sicut & nos vnũ sumus, ego in eis, & tu in me. vt sine
 cõsummati in vnũ, & vt cognoscat mundus, quod tu me misisti,
 & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. P̄, quos dedisti mihi, volo: vt
 vbi sum ego, & illi sint mecũ: vt videãt gloriã meã, quã dedisti mi
 hi, q̄a dilexisti me ante conditũ mũdũ Pater iuste, & mũdus te nõ
 cognouit: ego aut̄ te cognoui, & hi cognouerunt, qđ tu me mise
 ris. Et notũ feci eis nomẽ tuũ, & notũ faciã, vt dilectio qua dilex
 isti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

¶ CA. XVIII.

Aec cum dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis
 h trans torrentẽ cedron, vbi erat hortus, in quẽ introiuit
 ipse & discipuli eius. Nouerat aut̄ & Iudas, qui pro
 debat eũ, locũ: q̄a frequenter Iesus conuenerat illuc cũ discipulis
 suis. Iudas ergo cũ accepisset cohortẽ, & a pontificib⁹ ac pharisæ
 is ministros, venit illuc cũ laternis ac facibus & armis. Iesus itaq̄
 sciens oĩa q̄ ventura erant sup se, processit ac dixit eis: Quẽ quæ
 ritis? Respõderũt ei: Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus: Ego sum
 Stabat aut̄ & Iudas, qui prodebat eũ, cũ ipsis. Vt ergo dixit eis,
 ego sum, abierũt retrorsũ & ceciderũt in terrã. Iterũ ergo interro
 gauit eos: Quẽ quæritis? Illi aut̄ dixerunt: Iesum Nazarenũ. Re
 spondit Iesus: dixi vobis, qđ ego sim: Si ergo me quæritis, sinite
 hos abire. Vt cõplereẽ sermo quẽ dixerat: Ex ijs quos dedisti mi
 hi, nõ pdidi quenq̄. Simõ ergo Petrus cũ haberet gladiũ, eduxit
 eũ, & percussit p̄tificis seruũ, & abscidit auriculã eius dextram.
 Erat aut̄ nomẽ seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro: Immitte

SECUNDVM.

gladiū tuū in vaginā. An non bibā poculū qđ dedit mihi pater?
 Cohors igit̃ & tribunus ac ministri Iudæorū cōprehenderūt Ie-
 sum, & ligauerūt eū, & abduxerūt eū ad Annā primū. Erat em̃ so-
 ter Caiaphę, qđ erat pōtifex anni illius. Erat aut̃ Caiaphas is qui
 cōsiliū dederat Iudæis, qđ expediret vnū hoīem mori p̃ populo
 Sequebat̃ aut̃ Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipu-
 lus aut̃ ille erat notus pontifici, & introiuit cū Iesu in atriū ponti-
 ficis. Petr⁹ aut̃ stabat ad offiū foris. Exiuit ergo discipulus ille al-
 ter, qui erat notus pontifici, & dixit offiarię, & introduxit Petrū.
 Dixit ergo Petro ancilla offiaria: Num & tu ex discipulis es ho-
 minis istius? Dixit ille: Non sum. Stabant aut̃ serui & ministri, qđ
 prunas congesserant, quia frigus erat, & calefaciebāt se. Erat aut̃
 cum eis & Petrus stans & calefaciēs se. Pontifex ergo interroga-
 uit Iesum de discipulis suis & de doctrina ipsius. Respōdit ei Ie-
 sus: Ego palā locutus sum mundo. Ego semper docui in synago-
 ga, & in tēplo, quo omēs Iudæi cōueniunt, & in oeculto locutus
 sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt qđ
 locut⁹ sim ipsis. Ecce hi sciūt quę dixerim ego. Hęc aut̃ cū dixisset,
 vnus assistens ministrorū dedit alapā Iesu, dicēs: Siccine respō-
 des pontifici? Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testare de
 malo: Sin bñ, cur me cedis? Et misit eū Annas vincitū ad Caiaphā
 pōtificē. Stabat aut̃ Simon Petrus & calefaciebat se. Dixerūt er-
 go ei: Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non
 sum. Dicit ei vnus ex seruis pōtificis cognatus eius, cuius absce-
 derat Petrus auriculā: Nonne ego te vidi in horto cū illo? iterum

ergo negauit Petrus, & statim gallus cecinit. Ducunt ergo Iesū a
Caiapha in prætorium. Erat autē mane, & ipsi nō introierūt in præ-
torium, ne cōtaminarēt, sed vt ederent pascha. Exiuit ergo Pilatus
ad eos foras, & dixit: Quam accusationē affertis aduersus hoīem
hunc? Responderūt, & dixerunt ei: Si non esset hic nocens, haud
quā tibi tradidissēm⁹ eū. Dicit ergo eis Pilatus: accipite eū vos,
& secundū legem vestram iudicate eū: Dixerunt ergo ei Iudæi:
Nobis non licet interficere quenquā. Vt sermo Iesu impleretur,
quē dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo
iterū in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es ille
rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alijs
dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Num ego Iudæus sum?
Gens tua & pōtiffices tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Respondit
Iesus: Regnū meum nō est ex hoc mundo. Si ex hoc mundo esset
regnū meum, mīnistri mei utiq; decertarent, ne traderer Iudæis.
Nunc autē regnū meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo
rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quod rex sim ego. Ego in
hoc natus sum, & ad hoc veni in mundū, vt testimoniū feram ve-
ritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meā. Dicit ei Pila-
tus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum prodijt ad Iudæ-
os, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autē consue-
tudo vobis, vt vnū dimittā vobis in pascha. Vultis ne ergo dimit-
tā vobis illum regem Iudæorū? Clamauerunt rursus omnes,
dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas
latro.